

6. enim vera & interna bona sunt) praecipue miror. Miror, inquam, foelix tuum Musaeum ab amicorum insidiis huc usq. fuisse tutum. Quid velim iam credo, percipis. Cur talentum ad lucrum tibi commissum diutius abscondisti? Cur fructus iam acquisitos, uberesq. segetes iam maturas non profers? Et ex terram effossam, illud non abscondisti, suspicor, neq. te reposuisse in sinu Parvultis huius omnium communis insperam apparet. Nomen ex Trimeo isto tam pridem didicisti Eumenidum chorum maximas acerbasq. poetas ab illis repetere, qui nullos sibi superstites liberos relinquunt. Tu eroo te ipsum iudica. Quanta enim in me est, summo semper desiderio sum affectus, ut ut vela ventis committens, hunc oecetuum laborem in publicum emitteres. Consuetudo nobis communis, nobis quoq. studia communia fuere. Tu amicitiae legibus vincetus, vitrum edendo, liber eris.

Ceterum quae ex tua Sympathica doctrina ac eruditione perceperim, ex more breviter enarrabo. Scientia haec Sympathica, non jucunda tantum & curiosa, sed & utilis maximopere mihi videtur. Mensa lautissima ex quibuslibet referta epulis, fieri nequit quin plurimorum palato sapiat. Stylus equidem tuus apertus, & clarus, facilisq. adeo, ut legentium animi ex frasi etiam delectationem, non tedium, percipere possint. Modo enim te flores humiles in amantissimis pratis lectos, calathis, secernentem ac opus quod prius feceras eximientem, modo etiam ex intus tumentis Coelos ipsos penetrantem conspicio. Nunc ad caelestis sphaeras a terra meatibus raperis: nunc ad centrum ejus descendere, surculisq. venarum ejus immorari te non parum delectat. Tandem in aere consistens abditissima quaeque Naturae secreta his in inferioribus sagaciter accora canum videris. Quid plura? In quaestionibus notissimis diu te immoratum, in discussis extremis tantum (ut ajunt) labris degustasse, digitisq. summis attingisse jurat. Neq. inconsulte quidem aut sine magna iudicii acie id agis. Quae etenim nova sunt (ut quae de Magnete vix dum etiam ante haec tacta profers) majori disquisitione indigent. Quae vero jam a plurimis edisserata, praetervolas, Lectoremq. ad Authores proprios remississe tibi satis est. In locis citandis hoc ipsum quod dico demonstras. In exactissimis enim Tractatibus, Authorem tantum honoris causa nominas, in obscurioribus vero non Authorem tantum, sed et textus & capita peculiariora. Quaestiones cum antiquissimis & prolatos Authores assumis, & quamvis errores illorum aliquos modeste detegas, doctrinam tamen laudibus meritis non fraudaris. Vno verbo, tam prudenter tuam interponis sententiam, ut a sperare potius, quam dissidere videaris. Secreta in Chymicis non nisi experta proponis: ne tamen adeo manifesta atq. distincta, ut illius artis peritissimi te te profanis evulgare sua mysteria, conq.ueri possint. Petissem fortassis laurum ut morderem; ita mihi illia salierunt ad risum, dum amico Alchimista virginiale aurum petenti sub Arabis nomine te tam solenter ludos dantem legi. Quod si maximi quidam in arte Magistri de libro tuopetulantis plene cachinnos tollere voluerint, non dubito quin eos primam cathedram, primosq. accubitus ambientestua vehementer Sympathia, propter suam cum illis Antipathiam torfura sit. Ventita sunt se se credo, verbis edentulo ore protatis te nihil, quod penes se non habeant, scripsisse, si non potius, te rivulum huncce tuum tam lucidis fluentem vadis, a suis

font
qua
Am
nit
val
De

Va
ma

E
peft
tia,
et q
an
non
fest
que
est
citu
in
cur
per
det
mu
late
liber
num
fita
dip
tan
ac
La
ras
in
mu